SEXTI PLACITI PAPYRIENSIS, DE MEDICAMENTIS EX ANIMALIBUS, Libellus.

Ant. Musæ ad Mœcenatem suum, de bona ualetudine conseruanda instructio.

Item.

Tractatus utilissimus de natura & usu lactis, D. Hieronymi Acoromboni Eugubij, Ordinarij clarissimi gymnasij Patauini.

Omnia nunc recens edita.
M. D. XXXVIII.

MAGNIFICO ET SPECTATISSIMO VIRO DOMINO GEORGIO A LOXAV, IN Carelsbergo Romanæ Regiæ Maiestatis â consilijs,& Vicecancellario Germanico Regni Bohemiæ, Domino & Mœcenati suo obseruandissimo, Franciscus Emericus Oppauianus medicus Vuiennensis salutem.



NOn sum immemor uoti mei reddēdi ac persoluēdi Mœcenas ornatissime, q̄ autē in hoc usq; tempus distulerim, fuere in causa exēplaria uetera, quibus usus sum, quæ mendis infinitis scatebāt, tum q̄ multa diuinatione quadā egerent, si modo restitui debebāt, & maxime exemplar illud, quod apud me per D. Georgiū Logum doctissimum & elegantissimū uirum, relictū est. Conatus tamē meus qualiscunq; hoc effecit, ut plæraq; iam legi & intelligi possint, uel saltem iudicio facili manca adhuc pauca quædā discerni quiuerint. Omisi pro integerrimo magnificētiæ tuæ cōsilio, ea quæ mōstruosa quasi & noxia futura essent, lecta ita obiter ab omnibus. Quæ utilia erāt, integra reliqui, & hoc ꝓfessionis huius candor exigebat, quū ars medica non nocēdi, sed sanandi sit scientia, imò cum Hipocratis iuramento quoq; cautis sit, ne cuiq; medicamen aborsum moliens uel ostēdatur quidē, quare resecta sunt huiusmodi & talia cōsimilia. Tuum itaq; erit boni consulere animum hunc meum memorem, & in confugium tuum unicū, atq; salutis magnificētiæ tuæ & incolumitatis perpetuum amatorem & consultorem optimum Anthonium Musæ uetustissimum medicum recipere, qui olim Cæsaris Augusti in morbo ancipiti medicus extitit, unde, ut Suetonius in uita Augusti docet, honores summos reportauit. Hui9 sane Anthonij Musæ & Horatius 1. lib. Epist. meminit. Itē Plini9, & frequēter medicorū princeps Gal. Plura aūt alia scripserit, unica illa particula Mœcenati suo dicata, ad manus meas ꝑuenit. Tuæ hanc Magnificētiæ, atq; simili Mœcenati meo dicatam uolui, addens

addens præterea antiqui cuiusdam medici Empiricũ quasi libel lum,& Plinianã sæpe religionem illã superstitiosam redolentẽ, sed nõ ineptum, de medicinis ex animalibus, Sexti Placiti Papy riensis. Quis autem fuerit diuinare secus non possum, quàm ꝙ Galenus non semel nunc Placidi, nunc Sexti, mentionem facere deprehendatur. Verũ quũ addatur Papyriensis, coniectura asse qui non possum quid sibi uelit. Ingenue enim fateor, nec est cur nebulas in pariete pingam, bina aũt exemplaria Sexti Placiti es se indicabant. Tertium quasi ridiculosam inscriptionẽ præfere bat, alterum tamen ex binis, illud nomen Papyriensis, non ex= primebat. Quod autem ad hoc attinet, deprehendimus Priscia= num grammaticum, sæpe citare Papyriũ quendam grammati= cum. Atqui & grammatici summi fuere medici, quare cõiecturã relinquo iudicio aliorum. Ne autem hæc fragmenta pereant, an tiquitatis amore & fide bona, feci ut sub tuo nomine optime Mœcenas, quasi post liminium, ad nos reuersa uideantur. Nec ignoro illud fragmentũ Antonij Musæ à nõnullis, sed falso qui= dem Hipocrati attributũ, nec nisi mutilũ haberi. Nunc aũt fra= gmentũ hoc integrũ tecũ erit, & ꝓrsus par epistolæ Prophilacti cæ Dioclis ad Antigonũ Regem, in fine libri primi Pauli Egi= netæ. Quare optime Mœcenas in auspicium longæ & prospe= ræ ualetudinis tuæ tuorumq́ꝫ, uotum meum reddere uolui, ad plenum autem me reddidisse agnoscam, si gratum intelligam quod ex candido pectore est. Nec uerbum addam, quàm me ut commendatum serues tibi, & fidelem esse medicum non diffi das. Vale fœlix diutissime.

INCIPIT LIBER
SEXTI PLACITI PAPYRIENSIS, DE MEDICAMENTIS ex animalibus.

DE CERVO.



Ornu cerui habet uires omnes humores exsiccandi. In collirijs oculorum utuntur.

1 Cornu cerui combustum dentibus qui mouentur, imponitur, mox affirmat, si ex eo pro dentis frictione usus fueris.

2 Ad morbum regium. Cornu cerui pulueris drag. una, cum uini cyatho uno & aquæ cyathis duobus potui dabis, mirabe ris effectum bonum.

3 Ad uentris solutionem, quia eandem nominata ratione cohibent.

4 Ad profluuium mulieris. Cornu ceruinum combustum in puluerem mollissimum redactum, cum uino mixtum potui datur.

5 Ad lumbricos. Cornu ceruinum datur eodem modo, uel limatum, quod melius est, ex uino, ex aqua autem calida febricitanti, lumbricos necat & eijcit.

6 Ad serpentes effugandos. Cornu ceruinum si combusseris, & in domo asperseris, seu tecum portaueris, mox inde serpentes à te fugaueris.

7 Ad uuluæ suffocationem. Cornu ceruinum combustum si dabis mulieri patienti olfaciendum & maxime supra locum mire sibi proderit.

8 Ad impetigines. Cornu ceruini cõbusti cinis cũ aceto stil-

litico

litico ad solem, locis ubi sunt impetigines illitus, sanabuntur, ut mireris.

9 Ad intetrigrines. Cornu ceruini cineris drag. tres, argenti spumæ dragm. 2. aluminis scrupulos duos, ceratum ex oleo myrthino facito coqui, eo apprehenso sic utere.

10 Ad Inguina. Cerui pudenda si tecum habueris, inguina tibi non tumebunt, & si tumor antiquus fuerit, uelociter recedet.

11 Ad concubitum excitandum. Cerui testiculorum siccorum aliqua pars pota, concubitum excitat. Sed hoc non agat nisi uoluntas sibi præueniat.

12 Ad serpentium morsus. Cerui naturam desiccatam si deraseris dragmam unam, & in sorbitione in ouo ex eo potaueris, idem potus omnes serpentium morsus innocuos faciet.

13 Vt serpens non accedat hominem. In cerui pelle si iacuerit, nullus ad hominem serpens accedet.

14 Ad uentrem stringendum. Si de natura cerui ex uino Signino aut austero potaueris, uentrem restringit. Idem facit, si ex eodem magnitudine nucis coxeris in lenticula uel pulte, & ederis.

15 Ad effugandos serpentes. Ex natura cerui si totum corpus unxeris, nullus serpens tibi nocebit.

16 Vt mulier cito concipiat. Lapis qui in uulua, aut in uentriculo ceruiculæ inuenitur, philacterium est. Prægnanti uero efficit, ut partum liberaliter proferat: quod ratio collegit uelocissimum esse illud animal, nec tamen aborsum facere: simul ratio esse potest, si ossicula, quæ in uulua, aut in corde eius reperiuntur, secum habuerit, nam eundem effectum præstant.

17 Vt mulier cito concipiat. Idem os in brachio mulier suspensum habuerit, efficit ut mulier concipiat.

18. Ad torminosos. medulla ceruina remissa in ptisana & infusa, torminosis maximum erit remedium.

Idem

19 Idem facit, si seuum siue medullam eius pro unctione habueris, uel si eam subfumiges, aut tecum habeas, nam à prædictis serpentibus lædi nullatenus poteris.

DE LEPORE.

1 Ad submeiulos. Leporis cerebrum potum cum uino, mox submeiulos emendat. Item leporis pulmo si super locũ positus fuerit, & bene alligatus, dolorem oculorum sedat.

2 Ad perniones & pedes à calciamentis læsos, idem pulmo affert remedium.

3 Ad febres quartanas. Cor leporis uiuentis sublatũ, & quartanarijs collo uel brachio suspẽsum, mox ipsam febrim emẽdat.

4 Ad loca mulierum dolẽtia, Cor leporis siccum & in uino potui datum, loca mulierum dolentia emendat.

5 Ad caducos. Leporis cordis erasa pars, & cum thuris manna trita, ex uino albo potui datur per dies 7. mirifice prodest. His uero qui sæpius cadunt diebus 30. detur, crescente aũt luna, quotidie in potione debet condiri cum uino.

6 Ad profluuium mulieris, qui cum sanguine fit, & ad eas quæ post partum locis ipsis laborant. Leporis cor bene erasum & detritum, ex aqua calida datur bibere cum terra Samia mulieribus multum profluuio laborantibus. Estq; remedium eis, qui sanguinem excreant.

7 Ad oculorum caliginem. Leporis fel cum melle mixtum, claritatem oculorum, & imminentem caliginem discutit.

9 Ad eos qui uertigine uexantur, hac ratione commiscetur. Leporis fel, & iecur mustelæ dragmis tribus, castorei drag. 1. mirrhæ drag. 4. hæc omnia aceto optimo colligũtur, & inde datur drag. 1. bibere ex aceto mulso aut melle, aut passo.

10 Ad calculosos. Leporis renes bene rasi & sicci, & in se bene confecti, deinde cocti, potui dati, multum prosunt calculosis.

11 Aliter ad calculos pellendos. Leporis sanguinem, & pellem totam in latere crudo comburis, ut in cinerem conuerta-

tur,

tur, & in aqua calida potui dabis cochlearium unũ ieiuno, mox lapidem defrangit & eijcit. Experimentum huius perfectius habere si uolueris, mittis in aquã cochlearium pulueris, & lapidem qualem uolueris, & lapis liquescit, ut mireris uirtutem.

11 Ad nephriticos qui à renibus laborant. Leporis renes deglutiantur crudi, & nephriticos emendant. Sed caueant cum transglutiant, ne dentes tangant. Si quidam crude nolunt sumere, eodem modo cocti edantur.

12 Ad capillos fluentes. Leporis uentriculus coctus in sartagine admixto oleo myrtino, impositus, capillos fluentes continet, & cogit crescere.

13 Mulier ut masculum sæpe concipiat. Leporis uulua desiccata & erasa, ac in puluerẽ coacta, in potione efficit, si & mulier & masculus simul biberint cum bono uino. Si enim sola mulier biberit, infans nec masculus uerus, nec fœmina uera nascet̃.

14 Si uoluerit mulier masculum parere. Leporis testiculum cum purgatione sua cum uino transuoret, & masculum pariet.

15 Item ut concipiat fœmina. Lepus incidatur, & sanguis q à uulua funditur, liniat sibi naturã de eo, & etiã coagulo eiusdẽ.

16 Vt mulier masculum concipiat & pariat. Leporis coagulum datur obolis duobus uiro, fœmina uero quadruplo debet bibere. Esse autem debet coagulum de lepore masculo.

17 Mulier quæ non cõcipit ut cõcipiat. Ex coagulo leporis si acceperit drag. 4. in potione mascul9 & fœmina, uiro sit de lepore masculo, fœminæ de fœmina, eantq; cubitum, sed post concubitum abstinere se debẽt ab omni acrimonia, â fungis, balneo, malis cibarijs, & ab punctionibus, quæ sunt internicia.

18 Ad auricularũ dolorẽ, leporis coagulũ auriculæ infundit̃.

19 Ad scorpionis morsum & serpentium. Leporis coagulum ex uino datum aduersus uenena resistit & discutit.

10 Ad fluxũ uentris infantiũ. Leporis coagulũ illinitũ in sessiua mulieris, ex uino potui datur, febricitãti aũt ex aqua calida. Idem facit nõ tam pueris quàm & maioribus cũ puluere gallæ.

21 Ad dolorẽ mamillarũ & tumorẽ, Leporis coagulũ cũ mel le impositũ,

remittitur autem aut ex uino, aut ex posca, si inde capitellum mamillæ tangas.

23 Ad strumas omnes. Leporis coagulum ex uino falerno illinitum, seu cum lana marina superimpositum, & inde mulieribus pessus utilis fit.

24 Ad lentigines in facie. Leporis sanguis, si eo faciem laueris, lentigines mox tollit & expurgat.

25 Ad dētes infantiū. Leporis cerebro bene decocto si dentes infantis subinde tangas, sine dolore crescūt, & enati cōfirmant.

26 Ad summeiulos, id est, ut mulier cōcipiat. Testiculi leporis decocti & pistati, dentur cum uino mulieri, et locis muliebrib9 appositum, & inlinitum facit ut concipiant.

DE VVLPE.

1 Si loca mulieris matricis suffocantur, uulpis articulamenta in oleo ueteri unà cum bitumine cocta, pro pesso supposita, hystericas sanat mirifice.

2 Ad alopicias. Si caput eodem ut supra liniatur, sanat.

3 Ad dolorem auricularum. Vulpis iecur, siue pulmo expressus, instillatus auribus, dolorem tollit.

4 Ad splenis dolorem. Vulpis pulmo in cinere calido obrutus, & decoctus, & in potione datus ieiuno, mox splenem tollit. Idem facit iecur eius in bono uino similiter potus.

5 Ad suspiriosos. Vulpis pulmo ex uino nigro datus suspiriosos emendat.

6 Ad parotidas. Vulpis testiculo si sæpe parotidas fricaueris dissoluit eas.

7 Ad inguina. Et paniculas simili ratione facies, & discutit ut supra.

8 Ad dolorem capitis. Vulpis natura circundata capiti, capitis dolorem statim tollit.

9 Ad irritamentum concubiti. Vulpis cauda summa ad brachium suspensa, irritamentū esse concubiti fertur.

Ad auriū

10. Ad aurium dolorem. Vulpis fel stillatum auribus, dolorem aurium sedat.

11. Ad caliginem oculorũ. Vulpis fel melle Attico mixtum, caliginem tollit, si inde oculos inungas.

12. Item ad aurium dolorem. Vulpis adeps solutus & instillatus, aurium dolorem mire emendat.

13. Ad podagram. De Vulpis pelle parte interiore calciamenta fiant, & podagrici utantur, leuiores habebunt accessiões.

DE CAPRA SYLVATICA.

1. Ad uentrosos. Capræ sanguis cum murino phenico mixtus editur. Et iecur capræ coctum celiaco si dederis emendabitur. Idem facit si contritum cum uino biberit.

2. Ad Nyctiadas oculorũm, ad eos scilicet, qui ab hora decima nihil quasi uidere incipiunt. Iecur capræ in aqua calida salsa coquitur, ut eius uaporem oculi excipiant, & ea aqua oculos foueat & edat. Idem liquefactũ inungantur. Quidam iecur eius assatum in craticula, & fluentem uaporem colligunt, & ex eo inunguntur. Quidam coctum uel assatum iecur capræ uentrosi cum pane edunt, & idem bibunt.

3 Ad sanguinem nimium profluentem. Capræ cor combustum & aspersum sanguinem fluentem reprimit.

4 Ad sanguinem de naribus profluentem. capræ iecur contritum cum aceto sanguinẽ abundantem de naribus concludit.

5 Ad oculorũ caliginem. Capræ fel cum melle Attico mixtum contritũ, ex eo oculi inuncti caliginem discutit.

6. Ad anginam & fauces dolẽtes. Fel capræ melle mixtus faucibus illinitur seu imponitur.

7 Ad uicia quæ in faucibus nascuntur. Capræ fel cũ myrrha, melle, croco, & pipere æquis ponderibus coquũtur in uino donec contrahatur. Vsus sit ad omnia fauciũ uicia.

8. Ad suffusionem oculorũ & caliginem. Capræ fellis dragmam unam, & piperis albi dragmam dimidiam cum uino ueteri modice ut teri possit, & sic inunges.

9 Ad maculas de facie tollendas. Capræ fellis drag. 1. farinæ lupinorũ, millij drag. 4. eo faciem linies & eam absterget.

10 Ad adustionem in facie. fel capræ aqua dilutum & mixtũ faciem à sole perustam emendat. Idem fel per se adseruatum & illitum, lẽtigines in facie discutit, & maculas omnes extenuat.

11 Ad sonum auricularum. Capræ fel cum Rosaceo succo, & succo porri tepefactum & auriculæ instillatum, & sono emendat, & aurium quoq; dolores mire cohibet.

12 Ad ruptionem aurium interiorem. Capræ fel cum mulieris lacte infuderis in aurem, deinde cũ melle bono mox ꝓderit.

13 Ne infans fantasma incurrat, aut caducus fiat. Capræ cerebrum per annulum aureum traiectum, si infanti deglutiendum dederis antequam lac matris sugat, uere dicimus nec fantasma nec caducum admittere.

14 Ad torminosos. Capræ splenẽ potui dabis & emẽdat, si absq; febricula fuerit cũ uino bono, si febricitat, cum aqua calida.

15 Ad oscedinẽ. Capræ seuũ fissuris labiorũ inditũ remedium facit.

DE APRO.

1 Ad carbũculos in ueretro seu mẽbro uirili. Aprinũ cerebrũ cũ melle impositum, carbunculos in ueretro sanat.

2 Ad morsum serpentis eadem ratione ut supra fiat.

3 Ad pedes læsos à calciamentis. Apri pulmo læsis pedibus à calciamentis remedium est, emplastri uice impositum.

4 Ad uentrem stringendum. Apri iecur coctum recens ex uino sumptum, fluentem uentrem restringit.

5 Ad auriũ uicia. Aprinũ fel in cortice mali granati tepefactũ stillatũ auribus multũ ꝓdest. Idem & putredinẽ auriũ emendat.

6 Ad epymictidas. Axũgia aprina ex rosis cõmista, epymictidas. i. pustellas q̃ in nocte igrauescũt, in lenitatẽ cõuertit, & sine

7 Ad caducos. Apri testiculos ex uino aut (dolore efficiẽt. aqua decoquẽs, & sic teres, & dabis bibere, caducis remediũ est.

8 Ad aures minus bene audientium. Apri lotiũ in uitro repositum tepefactum, auribus instillatur audire facit.

De urso

1 Ad capillos fluentes ut crescant. Vrsinus adeps cum ladano & uino ueteri mixtus capillos iam fluentes conspissat & crescere facit.

2 Ad caducos. Vrsinum fel coclearia singula si subinde cum uino dederis, remedium faciet

3 Ad suspiriosos. Vrsinũ fel in aqua calida potui datũ, suspiriosis optime succurrit.

DE LVPO.

1 Ad eos qui quandoq; fantasma patiuntur. Lupi carnes cõditas & decoctas q ediderit, à demonibus seu ab umbris quæ p fantasmata apparẽt, uel apparere credũt, nõ posse inquietari.

2 Adeps ursinus cũ melle non minorem efficaciã habet quàm caninus.

3 Ad somnum. Caput lupi puluinari superpositum, ægrum dormire facit.

4 Ne lupus noceat. Caudæ summam partem si tecum habueris in itinere sine metu progredieris.

5 Ad febres quotidianas. oculus dexter lupi alligatus, febres nocturnas & diurnas discutit.

DE LEONE.

1. Ad fantasias. Leonis carnes coctas qui ediderit, fantasijs non poterit tentari.

2 Vt à bestijs omnibus tutus sis. Leonis sanguine si quis corpus suum linierit, ab alijs bestijs omnibus erit tutus.

3 Ad aurium dolorem. Leonis adeps remissus in strigili auribus instillatur, & mirifice aurium dolorem tollit.

4 Ad omnium serpentium morsus. Leonis adipe si totum corpus perunxeris, à serpentibus eris tutus.

5. Ad omnes dolores pedũ & ceruicis, uel si quid doluerit, Leonis adipẽ librã 1. cũ uncijs 2. ceræ, & olei unc. 1. lẽtiscini unc. 2. mixta oĩa simul, ad neruorũ dolorẽ cõfert, & dolores oẽs sanat.

1 Taurinum cornu combuſtum omnes ſerpentes effugiet. Sanguis eius potus eas interficiet.

2 Ad maculas de facie tollendas. Taurino ſanguine, ſi maculæ liniuntur, eas tollit, & faciem limpidam reddit.

3. Ad oculorum claritatem. Taurini fellis cum opobalſamo & melle Attico oculis illiti, maxime ad caliginem & ſuffuſionē oculorum facit, & inunctio eius mire exhilarat.

4. Ad uentris ſolutionem. Taurinum fel in lana coniectum & uentri appoſitum, mox uentrem ſoluit. Idem in infantibus præſtat, ut lumbricos etiam deijciant.

5. Ad aurium dolorem. Fel cum mulſo infuſum emendat.

6. Ad lentigines in facie nigras. Taurino felle illinitæ purgantur, & facies limpida redditur.

7. Ad morſum ſimiæ & hominis cuiuſcunque. Taurinum fel inlinitum ſanat.

8. Ad durities in corpore. Taurinum ſeuum cum reſina & & cera impoſitum diſcutit & tollit.

9 Ad torminoſos. medulla taurina in uino macerata & infuſa torminoſis remedium eſt.

10. Ad omnes tumores. Taurinus fimus impoſitus, ut omnes tumores mire emendet nemo ignorat.

11 Ad durities omnes corporis. Taurinus fimus cum ſale duritias omnes emendat.

12. Ad combuſturam ſiue ab aqua, ſiue ab igne factam. Taurinus fimus combuſtus & aſperſus ſanat.

13. Item Tauri arenam quam pedibus ſpargit, ſi quis intra aduerſarios miſerit ſeu ſparſerit, ſe futurum ſuperiorem ſciat.

14. Vt faciem limpidam faciat mulier. Taurinus fimus aceto maceratus, & contritus illitus, faciem ſplendidam faciet, ſi frequenter perunxerit.

15. Ad nimiam abundantiam ſanguinis. Taurinus ſanguis ſuperillinitus, ſanguinem abundantem reprimit.

16 Ad profluuium mulieris, Taurus ibicunque paſtus fuerit, folia

ulmi arboris de fimo ipsius facias siccari,& tere in pollinem tenuissimum, mitte ipsum in carbones in quodam testo, & deponas in uase, & sedeat mulier quæ patitur encatesma diligenter cooperta, & sanabitur ut mireris.

DE ELEPHANTE.

1. Ad maculas de facie tollendas. Elephantis dentem, ebur contritum cum melle idem limatura eius si faciem laueris, maculas quæ faciei innascuntur tollit.
2. Vt dentes candidos facias. De eadem limatura qui dentes sibi quotidie fricauerit, candidos eos efficiet.
3. Ad eos qui sanguinem excreant. Elephantis sanguis potui datus, his remedium est.
4. Ad eos qui sanguinem excreant, aut humores, & si per anũ reijciunt, aut si torminosus aliquis aut elephanticus fuerit. Elephantis sanguis potus omnia supradicta mirifice discutit.
5. Ad omnem tumorem. Elephantis stercus illitum, tumores oẽs emendat, & durities quæ in fronte nascuntur mire tollit.
6. Ad capitis dolorem. Elephantis stercus capiti illitum dolorem capitis aufert.

DE CANIBVS.

1. Ad intestinorum dolorem. Catulus primũ natus, anteq̃ oculos aperiat occisus conditus & comestus, in toto suo tempore dolorem intestinorum non patietur qui ediderit.
2. Ad torminosos. Caninus sanguis torminosis eum bibentibus remedio est, & inflationes tollit.
3. Ad canis morsum. Canis caput combustum & in puluerem redactum in morsu canis non rabidi impositum, optimum adfert remedium.
4. Ad unlnera & canceromata. De cinere facto ex canis capite, & uulneribus insperso, uulnera & carcinomata sanat.
5. Ad ficus quæ in anu nascuntur. Canis capitis cinis aspersus summe prodest.

6. Ad canis rabidi morsus. De capite canis puluis in potionem mittitur, dabis ut bibat & liberabitur.
7. Ad capillos radiãdos, canis capitis cinis seu puluis capiti aspsus capillos radiãtes reddit, & spurcicias oẽs & aspredies emẽ (dat.
8 Ad canis rabidi morsum. Canis de capite puluis potui datur, & liberat & uulneri quoq; inspergitur, præterea & iecur si estum fuerit idem dabit remedium.
9 Ad dentium dolorem. Canis dens combustus, & in hemina uini decoctus ad medium, inde os colluatur.
10 Ad infantiũ dẽtes & gĩgiuas. Canis dẽs cõbustus & tritus gingiuis infantiũ appositus, efficit ut dentes sine dolore crescãt.
11 Ad gingiuas reprimendas. Canis dentes combustos, & tritos & appositos cum melle, gingiuas reprimit, & dẽtes emẽdat.
12. Vt â canibus non allatreris. Canis cor si tecum habueris, â canibus non allatreris, nec molesti tibi erunt.
13 Ad Hydrophobos. Canis rabiosi id qđ sub ligua habet execũ & datũ in potione, hydrophobis mox afferet remedium.
14 Itẽ canes ne te allatrẽt. Liguæ cuiuscũq; canis summittatẽ si sub pollice pedũ tenueris suppositã, canes te nõ allatrabunt.
15 Ad caliginem oculorũ, ne aliqua alia suffusione tentantur. Canis fel cũ melle attico detritũ & infusum oculis, omnia supra dicta discutit. Idem easdem uirtutes ad nephelides facit.
16. Ne domus malo medicamẽto tentari possit. Canis fel masculi nigri per domum aspersum, domus purgat, & efficit, ne ullum alicui malum medicamentum inferatur.
17 Ad splenis uicia. Canis splen exectum cum uino potum, spleneticos emendat.
18 Vt pili euulsi non recrescant. Canis lacte si tetigeris euulsi pili non recrescũt.
19. Ad partũ mortuũ eijciendum. Caninum lac potum cum melle & uino bono pari mensura, mortuũ eijcit partũ cõtinuo.
20 Ad dentes & gingiuas infantium. Canino lacte si subinde tetigeris, sine dolore dentes eijcient.
12 Vt cani in capite nõ ꝓdeãt. Canino lacte ueteri caput sæpius subinde lauet, cani capilli nõ nascũt, & si cani fuerint, ĩficiet.

22 Ne malo medicamẽto domui noceat. Caninus sanguis parietibus domus aspersus eã à malis medicamẽtis oĩbus liberat.
23 Ad articulorum dolorem. Canina pelle calcei facti in usum, articulorum dolore carere facient.
24 Ad cicratices oculorum. Canino lacte oculis inunctis cicatrices extenuat, & lacunulas replet.
25 Ad podagram. Canino adipe pedes inungantur, & podagram leuiorem faciet.
26 Ad aurium dolorem. Canino adipe in strigili soluta auribus instillatio fit, & sanantur euidenter.

DE ASINO ET ASINA.

1 Ad febres q̃tidianas. Asini sanguis de uena auriculæ guttas tres uel q̃tuor in uini ciatis duobus potui dabis, febrib9 resistit.
2 Ad dentium dolorem uel motionem. Asini lac calidum cōfirmat dentes, & dolorem sedat.
3 Ad suspiriosos. Asinæ lac nouiter mulctum & potui datũ suspiriosos sanat.
4 Ad Torminosos. Idem lac asininum dabis ut supra, & si recens lac non fuerit, in uase duplici feruenti emulgebis, cito enim marcescit.
5 Ad pthisicos incipiẽtes. Asininũ lac calidum sumptum, ut supra emendat, & expurgat thoracem & suppurationes.
6 Ad celiacos. Asinæ caseus sumptus optimũ remedium facit.
7 Ad claritatẽ oculorũ. Asinino lacte inuncti oculi claritatem
8 Ad cicatrices oculorũ. Asinæ lac cum melle At[illegible] p̃stant. tico mixtum, inunctis cicatricibus, ipsas mox emendat.
9 Ad maculas in corpore, & ad candorem corporis. Asininũ lac, cum fabæ lomento mixtum oẽs maculas de corpore eijcit, & cutem cādidiorẽ facit, sed si quis eo pro lomento utatur, melius facit, si de eo plus aliquid ex prædicta farina miscuerit.
10. Vt ad concubitum paratus sis. Asini adeps cum anserino masculino mixtus, & ad anum positus, ad concubitum mox præparat.

Ad mamil-

11. Ad mamillarum lac prouocandum. Asini splen contrit9 ex aqua, impositus mamillis, lac euocat.
12. Mulier ut nõ cõcipiat. Asinæ uuluæ ossicula quæ inueniũ tur, mulier si secum habuerit, non concipiet.

DE EQVO.

1 Ad pthisicos, & qui male tussiunt. Equi saliuam si cum uino uel aqua quis biberit, sanus efficietur. Hoc nos ipsi experti sumus, sed expertissimum est, ꝙ equus ille moritur.
2 Ad dentium dolorem. Equi dentibus qui primi ordine superiore nascuntur, si dentem dolentem tetigeris, remediũ erit.
3 Ad idem. Etsi infans equi rostrum basiauerit, dentium dolorem non sentiet. Sed diligenter attende, ne equus mordeat infantem.
4. Ad idem. Equi dentes qui principales fuerint, collo suspensi, dentibus infantium remedium est.
5. Ad splenis dolorem. Equi lingua minutatim concisa ex uino potata, spleneticis optimum est remedium.
6 Lac equi potum idem facit.
7. Ad caducos idem efficiet, si ut supra feceris.
8. Ad eos qui toxicum biberint, aut à lepore marino tacti fuerint, equinum lac potatum mire prodesse dicimus. Fel eius potum uomitorium est.
9. Ad stranguriam equinum fel potum mirabiliter proficit.
10. Ad partum mortuũ in corpore materno. Equina axungia subfumigata mortuum partũ eijcit. Et secũdina quoq; mox sequitur.
11 Ad sanguinem è naribus profluentem. Equi stercus siccũ & aspersum, sanguinem fluentem retinet, maxime naribus suffumigatum. Similiter mortuum etiam partum eijcit. Idem facit ut mulier facile pariat, si totum corpus subfumigaueris, claudit & uentrem.
12 Ad auriũ dolorẽ. Stercus equi siccũ & rosaceo succo lique factũ & colatũ, auribus instillatũ, auriũ dolorẽ perfecte tollit.

Ad uen-

14 Ad uentrē nō fluentē nimiumq́ꝫ tumescentē. Equi stercus aqua liquefactū & ꝑcolatū postea bibitū, mox faciet egressum.

15 Ad uētrē nimiū fluentem. Equinū caseū si comederis uenter reprimetur, & torminosis optimum remedium est, datur autem potui ex uino.

16 Ad omnes dolores. Equinum coagulum ex uino potui datum, omnes dolores comprimit. Maxime autem prodest celiacis & torminosis, & his quibus continuo sanguis profluit.

DE ARIETE.

1 Ad tertianas. Arietis de capite lanam & à coxis, & à testiculis passim sumpseris, & stellionem illigatū brachio suspenderis, discutit tertianas. Lana eiusdem nigra intincta in aqua, inde in oleo & supposita locis dolorem tollit. Suffumigata autem prolapsam matricem locis suis reprimit, siccida autem combusta & aqua liquefacta phimata omnia discutit & purgat.

2 Ad morbum regium. Arietis sordes quos inter fœmora habet cum aristolochia & myrrha æquis partibus potum, ad regium morbum optime facit.

3 Ad callos qui in ueretro nascuntur. Liquor qui de pulmone cocto distillat illinitus omnia supra dicta discutit. Pulmo cōcisus minutatim, liuores & suggillationes tollit, & nigras cicatrices candidas facit, & pedes à calciamentis læsos curat.

4. Ad caducos. Ouini lactis infirmo uel caduco dragma una datur, debent autem anteq́ꝫ biberint, aut post potū à uino se abstinere.

DE CAPRO.

1 Ad ignem sacrum. Capri cornu in flammam ustulatum, & corticem qui exurgit conteres cum aceto stillitico & illinies mire sanabitur.

2 Ad somnum excitandum. Caprinum cornu qui non dormit sub capite ponis.

3 Vt scias si caducus uere caducus sit. Caprinum cor-

nu ustum naribus si applicueris, mox cadet.

4 Ad serpentes effugandos. Caprinum cornu ustulatum odore eius effugat omne genus serpentum.

5 Ad furfures & scabiem in capite. Cornu capri scobis mixtæ cum farina, & imposita mox emendat.

6 Ad capillos fluentes de capite. Cornu capri puluis mixtus cum oleo mirtino & illitus, capillos fluentes retinet & crescere cogit.

7 Ad stranguriam. Caprini pili suffumigati, ad stranguririam ualde faciunt.

8 Ad lethargos, qui non excitantur. Caprini pili usti cum aceto naribus appositi pice admixta, lethargos excitant.

9 Ad sanguinem è naribus nimium profluentem. Caprini pili usti cum aceto mixti, sanguinem è naribus profluentem reprimunt.

10 Ad intestina incisa. Caprinũ caput cũ pilis in aqua bene decoctũ & cõtusum & appositum, incisa intestina solidat.

11 Ad punctiones & dolores oculorum. Caseus caprinus recens impositus omnes dolores & punctiones oculorum sedat, idem & capitis dolores sanat.

12 Ad quartanas. Capræ lac quod primum mulgitur leniores facit accessiones, si illud edat, aut ex dulci bibat ante accessionem.

13 Ad serpentium morsus. Caprinus caseus cũ origano plagæ imponitur, exinde dabis bibere lac ipsum cũ origano & uino ciatis duobus aut tribus mixtum, mox liberabitur.

14 Ad carbunculos. Caprinus caseus cũ porris satiuis impositus, carbunculos tollit. Et si qui lixiuiũ per ignorantiam biberint, edant caseum recentem & emendabuntur.

15 Ad dentium motionem. Capræ lacte mulceat & dentes leuet seu tollat, & sæpius hoc faciat.

16 Si quis cantaridem biberit, mox capræ lac bibat & liberabitur.

17 Ad pruriginem genus scabiei. Caprino lacte corpus lauabis, absterget.

18 Ad eos quibus semen fluit, etiam non optantibus, & aquosum est, unde & plurimum efficitur ne mulieres ex talibus cõcipiant. Capræ lac cum melle potum remedium euidens est.

19 Qui epiridem biberint, caprinum lac bibant frequentius mirifice liberat.

20 Qui à uipera morsus fuerit, caprinum lac purum & calidum bibat, liberabitur.

21 Ad tyriases, id est pediculosos. De caprino lacte id quod aquosum est, paulatim effunditur, & quidquid consederit miscetur cum melle & sale, inde corpus & caput optime perfricatur.

22 Ad uentris solutionem. Lac capræ bibitur, & uentrẽ strictum soluit, & si quis largius biberit, purgat, gargarisatũ & potum sæpius, dolorem tollit, & etiam tumores.

23 Ad Hydropicos. Lacti caprino adiectum coagulum, quemadmodum caseus fieri consueuit, potui datum hydropicis, liberantur.

24 Ad uenenum, si quis sumpserit, caprinus sanguis bibitur. Item cum resina & polenta factus, & uentri appositus, facit strenue ad torminosos.

25 Ad toxicum. Idem bibitur ut supra, & hidropicis potui dat̃. Et in totũ eo inũges q̃ lepra uexãtur. Idem caprinũ coagulũ admixta sandaraca, superpositum sine tormento sanat.

26 De caprino seuo. Ceratũ factũ ad serpẽtiũ morsum, melius si p̃ se remissum stillauerit, faciet. Item facit cum pice liquida, sulphure, & cera remissum, & loco impositum.

27 Ad furunculos. Caprinum seuum mixtum cum minuto sale, furunculos discutit.

28 Ad uentrem stringendum. Caprinum seuum in sorbitionem colatum, uentrem concludet, sed supersorbere debere aquam frigidam, & ad uentris quoq; sic utuntur, in aqua remittunt, & adijciunt pulegium cumini aliquid & anetum, & acetum percolatum dant sorbere.

29 Ad podagrã frigidã. Caprinũ seuũ unc. 16. & sinapis unc. 4. mixtum illinitum tollit dolorem.

30 Ad Hydropicos. Hircinum lotium ſi ex eo heminam des bibere adiecto ſpicæ obolo, melius lotiũ ſi fuerit paſtus lente, cũ quidam ueſicam ipſius ſiccant in fumo, & ad binos ciathos e- ius admiſcent uini tantundem, & bibere dant hydropicis.

31 Ad aurium dolorem. Caprinum lotium cum mulſa auri bus inſtillatur. Et ſi plus habuerit etiã uicioſi ſanabuntur, fit autem hoc, ſi cum cornu capræ ſuſpenditur diebus uiginti.

32 Ad mẽſtrua ducenda. Si mulieribus datur ut ſupra dictũ eſt, mox menſtrua deducentur.

33 Ad lumborũ dolorem etiam uetuſtiſſimũ. Capræ ſtercus quod eſt quaſi faba illinitum dolorem tollet.

34 Ad Articulorum dolorem, & ad phimata & ad parotidas. Idem ſtercus contritum & illinitum mox diſcutit.

35 Ad colicos. Caprinũ ſtercus pro fomento impoſitũ colicis

36 Ad cæliacos, Caprinum ſtercus ex aceto (prodeſt. potui datur optime.

37 Ad ſerpentium morſus. Caprinum ſtercus coctum plagæ imponitur, ex dulci potu articulorum morbum ſanat, ex melle autem cancrum, & uiciatos neruos expurgat.

38 Ad luxum & tumorem. Caprinum ſtercus impoſitum lu- xatis ſuccurrit, nec patitur conſurgere tumorem.

39 Ad neruorum contractionem. Caprinum ſtercus idem imponitur. & neruos reſoluit, & luxata uel uexata articulamen ta & neruos confirmat.

40 Ad carbunculos qui in ueretro ſeu membro uirili naſcun- tur. Capræ ſtercus cum melle impoſitum diſcutit.

41 Ad infantes qui fantaſmatibus uexantur. Capræ ſtercus in panno inuolutum & collo ſuſpenſum, remedium eſt infanti- bus qui fantaſmata patiuntur.

42 Vt dentes candidos facias. Caprini tali combuſti, exinde dentes fricabis, & dentes candidos facis.

43 Ad caducos. Caprina caro quæ ſuper rogum hominis mortui aſſatur ſumpta, à caducis remedium optimum eſt. Com- buſta autem caro cum aqua, ſuppurationem ceruicum diſcutit, quas Græci phimata uocant.

Ad alo

44 Ad alopicias. Caprina ungula combusta pice liquida compressa imposita, alopicias sanat. Vehementiorem efficaciã præstant hircorum, nisi q̃ capra lacte solum antecedit.

DE PVELLO ET PVELLA VIRGINE.

1 Ad oculorum albuginem puelli & puellæ uirginum lotio inunges oculos, albuginem extenuat. Et si leucoma lachrymatorium est, non insanabile efficit, etenim aliquatenus hilaritatem & oculorum aspredinem sedat, & fex quoq; lotij sicca aspredinem oculorum sedat, & post inunctionem pellem eijciunt infusam auriculæ quæ plus habet, remediũ est etiam totius corpis.

2 Si quis ab ape, aut à uespa aut crabrone punctus fuerit. Si lotio infantis subinde foueris locum ubi puncti sunt, remediat.

3 Ad podagram. Pueri primi capilli, qui à natiuitate oriuntur, si dolentibus pedibus impositi fuerint, sanabunt, aut ad minus mitigabunt dolorem.

4 Ad elephantiam puerorum. Pueri lotium si puer biberit liberabitur, nam elephantiam incipientem emendat.

5 Si pueri lotium cuprino mortario & cuprino pistello contritum fuerit aurum solidat.

6. Vt mulier concipiat. Infantis masculi stercus quod primũ enatus emittet, suppositum locis mulieris conceptionem facit & præstat.

7 Ad canis morsum. Infantis capilli cum aceto impositi morsum sine tumore sanãt, & capitis ulcera emendãt.

8 Ad inguen. Inguen reprimit, qui id subinde natura sua tetigerit.

9 Item adfert remedium inguinibus, si pollicem tuum in pede cum digito, qui iuxta est, alligaueris.

10 Ad lippitudinem oculorum. Homo quicunq; crura sua lauerit, & deorsum ad pedes aquam deduxerit, & de utraq; manu oculos subinde tetigerit, non lippiet.

11 Ad calculosos. De hominis uesica calculos excisos, id est, arte chirurgica sublatos, tunc ex aceto uel uino ciatum unum

calculosis dabis, aut his qui difficile urinam faciunt, & calculum fricat, ita ut urina reddi possit sine tormento. Idem facere dicimus ad collum suspensum, sed tardius sanat.

14 Vt mulier concipiat. Homo uir si soluat semicinctū suum, & eam præcingat & dicat; ergo desinas, explicate laborantem.

15 Ad capitis & corporis exulcerationem, & capitis furfures. Homīs lotiū admixtū nitro & impositū, oīa uicia suprascripta sanat uel emendat. Itē callū in ueretro extenuat, si illo sæpius fo (ueatur.

16 Ad maculas de facie à sole factas, aut p̄ se natas Si in lotio pueri ebulum maceratum fuerit, & loco impositum, mox ipsas maculas abstergit.

17 Ad profluuiū mulieris, si locū sæpe lotio uiri lauerit.

18 Ad maculas infantium. Matellæ quæ crustam ex lotio duxerint, fractæ & coctæ, in balneo infantem si ex eo unxeris omnia suprascripta emendat.

19 Ad combustionem. Eadem fex illinita in linteolo, & imposita, combustis pustellas non sinet surgere, simili modo imposita, scorpionis sedat ictus.

20 Ad canis rabidi morsus. Idem fece locij illinita, à canis rabiosi morsu liberat, si cum carbone uitis uiridis detrita imponitur, frequenter abluit eum humorem, quem extraxit, deinde eo curato, debet imponi quod cicatricem inducat.

21 Ad febres acerrimas. A uestigio spadonis discedentis à ianua si sustuleris quodlibet dicat, tollo te, ut ille Graius febribus liberetur, & nominabis eum, ad cuius brachium suspensurus es, ad id loqueris, ad quod sustuleris.

22 Ad canceromata. Hominis stercus combustum, & in ulcera cancerosa & insanabilia spargunt, eo pro mirifico remedio utuntur, quod appellatum est botrix.

23 Ad tertianas. ipsius ægri stercus sinistra manu sublatum comburunt, & in panno coraceo atro illigant, & in sinistro brachio ante horam accessionis suspendunt.

24 Vt mulier post partum in secundis non laboret. De lotio hominis subtiliter gustet, & secundæ statim sequentur.

De catta

1 Ad capitis allopicias. Cattæ ſtercus cũ ſinapi æquis põderibus aceto contritum, capitis allopicias ſanat.
2 Ad profluuium ex partu. Cattæ ſtercus cum reſina & roſa locis appoſitum, fluxum ſedat & reprimit.
3 Si quis ſpinam glucierit. Cattæ ſtercus illinitum faucibus, eius ſine difficultate extrahit ſpinam.
4 Ad quartanas. Cattæ ſtercus cum ungula bouis in collo uel brachio ſuſpenſum, quartanam poſt ſeptimam acceſſionem diſcutit, & inde ne feſtines illud ſoluere.

DE GLIRE.

1 Ad eos qui paraliſi tentantur. Gliris adeps remedium affert his, qui paraliſi tentantur, ſi eo inungantur.
2 Ad claritatem oculorũ. Glires & ſorices cõbuſti cineres eorũ melle miſcẽt & coquũt, inde quotidie mane oculos pungũt
3 Item aliter. Adipẽ de glire cũ melle attico & carpobalſamo æquis põderibꝰ mixta, facit egregie, ſi quis de eo oculos inũgat.
4 Ad ſomnum. Qui non dormiunt, gliris adipe frontem uel tempora inunges, & dormiẽt.

DE MVSTELA.

1 Ad elephanciacos. Muſtelam incinerabis, & eiuſdem ſanguine cinerem miſcebis, & laborantem inde linies.

DE MVRIBVS.

1 Ad oculorũ dolorẽ. Muriũ capita decẽ cũ caudis eiuſdem in melle mixtæ, & ꝑ elegmate uſæ ꝑ dies 10. oculorũ claritatẽ redđẽt. Debẽt hoĩes hoc medicamine nares internas q̃tidie linire.
2 Pulli eorum teneri cum ueteri uino, euulſos ſuperciliorum pilos non ſinunt recreſcere.

De aqui

1 Ad oculorum suffusionem. Aquilæ fel mixtum cum melle Attico inunges. Quidam illud magis prodesse credunt, quum huic medicamento ellebori albi drag. 1. aut dimidiā, & myrrhæ tantundem miscent, & unctionem faciunt temperatam.

2 Ad sciaden. Aquilæ abarticulamenta exorti ex fœmoribus sciaden, id est, coxæ dolorem emendant.

3 Mulier quæ concepit ut pariat. Lapis qui in uentre, aut in nido eius inuenitur, quem ætos uocant, (cuius uim & nomen etiam ætites habet) prodesse prægnantibus, ut facile pariāt ferūt.

DE VVLTVRE.

1 Ad effugandos serpentes. Vulturis pennas si uris, fugabis omnes serpentes.

2 Ad capitis dolorem. Vulturis os de capite, suspensum collo dolorem sanat. Idem facit cerebrum eius, si commiscebis cū oleo cedrino, & inde nares subinde tangas.

3 Ad concubitū ut paratior sis. Vulturis iecur à parte dextra si sumpseris, & aliquid in cute gruis alligatum suspenderis, ad concubitum paratior eris.

4 Si ad mulierem quis non potest. Vulturis renes, & testes siccos tundes, & dabis cum uino ei, qui cum uxore sua concumbere non potest, remedium obtinebit.

5 Ad caducos. Vulturis iecur totum cum sanguine ipsius uulturis tritum, per dies octo potui datum, caducos emendat.

6 Ad caliginem oculorum. Vulturis fel mixtum cum succo marubij omnem caliginem discutit, & incipientem suffusionem non patitur insistere.

7 Ad neruorum dolorem & articulorum. Vulturis adipem & uentriculus cum axungia omnem neruorum dolorem & articulamenta emendat.

8 Cor ipsius uulturis facit si in pelle lupina circa brachium habeas

habeas dextrum, nullum medicamẽtum tibi nocere poterit, nec serpens, nec latro, nec ulla malitia, nec quidem fantasma senties, nec per heremum qui iter facit.

9 Ad hydropicos. Vulturis stercus cum albore stercoris canis mixtum, id est sextarios 2. & in aqua heminis tribus maceratũ percolatũ datur hydropicis bibere. Idem qui aquam inter cutẽ habet aspersis in potiõe elelisphaci drag. 4. asari etiã drag. 4 hoc magnũ aiũt, carne humana pastũ & datũ caducis remediũ esse.

10 Ad uexatos pressatos. Sub pectore ei⁹ cera oblitũ, ita ut liquorẽ capiat, si sibi dederis q̃tidie bibere, mox uiuescũt & uexatis ꝓdest.

11 Ad difficile pariẽtes. Vulturis pennas talibus si subieceris, efficis ut sine labore partum ædant.

De pẽna aũt si tibi dentes purgaueris, male olebit.

12 Ad pediculosos, quem Græci phtiriasin affectum nominant. De uulture uiuo excisam medullam si dabis bibere cum uino patienti, mox curabitur.

DE ACCIPITRE.

1 Ad suffusionẽ uel caliginem oculorum. Accipiter in oleo susino decoctus, inunctio eius caliginem discutit.

2 Ad duritias & collectiones corporis. Gruis adeps cum adipe anserino remissus, locorum duritias emendat. Item in acopa etiam conijcitur cerebrum eius cum adipe anserino, & leonis drag. 3. myrrhæ & folio ebulo reponitur in argenteo uel uitreo, inde uir colliniet naturã suã ante coitũ, ut & possit mulier cõcipere, quæ concipere non consueuerat.

DE PERDICE.

1 Ad morbum regium. Perdicis cerebrum cum uini ciatis tribus potui dabis, mirifice morbum regium sanat.

2 Ad caliginẽ incipientẽ & suffusionẽ, & glaucomata hæc est cõpositio uera & uehemẽs, & qđ frequẽti⁹ tẽtauim⁹. perdicis fel uesicula ipsa q̃dquid habuerit, opobalsami ciatũ unũ in se mixtũ cõteres diligẽter, & repones in pixide stagneo siue argẽteo, & in-

de inunges,miraberis effectum. Et licet quis prorsus non uideat,sed tamen pupillam integram habeat, sine difficultate curabitur. Hoc frequenter nosipsi tentauimus.

DE CORVO.

1 Ad capillos denigrandos. Corui oua capillos hac ratione inficiẽt,defundũt in uas cuprinũ,& tã diu mouent,donec mutẽt colorẽ. Deinde radit caput, & inde linit,donec oua cõsummãtur. debebit autem tã diu in ore oleum tenere,donec siccescant capilli,ne & dentes innigrẽtur. Deinde caput illigabit, & post quartũ diem soluet,& hoc quoq; efficit, ut cani nunq̃ exeant.

2 Ad porcos mansuetos faciendos,uel ut porcus ubiq; te comitetur. Cerebrum corui cum pane collectum si porcis seu scrofis ad manducandum dederis, ubiq; te sequentur.

3 Ad tussim infantium. Corui stercus lana collectum si infantis tussientis collum attigerit, remedium dabit.

4 Ad dolorem dentiũ tollendum. Stercus corui si cauo dente infusum uel impositũ fuerit,dentẽ franget & dolorẽ tollet.

DE GALLO.

1 Ad araneæ morsum. Galli cerebrũ ex posca potũ adiecto pipere his q ab araneis morsi sunt auxilio est. Itẽ qcunq; à uipera morsi sunt uel pcussi,galli cerebrum cũ uino potatũ proderit.

2 Ad cicatrices & leucomata. Galli sanguis ex mẽbrana quæ cerebrũ cõtinet,fluentẽ cõprimet. Thelargemiæ cicatrices oculis extenuat,si quis eo cum aqua inungat. Additur etiã in compositiones quæ faciunt ad suffusiones & leucomata.

3 Ad caducos. Galli testiculi poti cũ aqua & lacte à ieiuno, abstineat aũt postea à uino dieb9 10. remediũ est,debebũt aũt testiculi sicci reseruari,& cũ fuerint necessarij,cõtinue sumẽt, potati aũt cũ uino efficiũt ut q̃ uoluerint,plus sine iniuria bibant.

4 Ad cõcubitum excitãdum. Galli testiculi cũ adipe anserino in pelle arietis,brachio dextro suspensus, concubitum excitat. Si autem suppositus fuerit cum ipsius sanguine, efficiunt ne concumbant hi qui simul iacent.

5 Ad auriũ ſucceſſionẽ. In uẽtriculo galli paruuli ſeu pulli pelliculã, quæ interior eſt, ex uino trita, & auribus indita, emendat.
6 Ad uentrem ſtringendum. Eadẽ membranula cum exiguo oleo patienti exhibita, uentrem claudit, & omnem humorem exſiccat. Et tuſſientes illam ſi ederint, mox excreant.
7 Ad calculoſos. Cortex eodẽ modo ut ſupra in potu ſumpta, calculoſis remedium optimũ eſt, frangit eñ lapidem & deinde per urinam eijcit.
8 Ius ueteli galli potũ uentrẽ ſoluit, ſi immittas in uentrẽ eius ſalis drag. 6. & ſuccũ totũ coxeris. Poteris ꝓ ſale in uentrẽ eius ſardani aut cerebrum mittere. Item ius ſimili modo factum, ſi de ſale minus adieceris, ꝙ̃ ſupra ſcriptum eſt, præclarum erit remedium hijs, qui propter concubitum biberent.
9 Ad ſedandũ capitis dolorem. Si quis gallinaceũ ad os tenuerit, his qui dolore capitis torquẽtur, & poſt triduũ pennas eius exciſas uel inciſas, & in linteolo alligatas, & ceruiſi uel collo appẽſas portauerit, mox ſanabiť. Stercꝰ eius fracta fictilia ſolidat.
10 Ad ilij dolorem. Si gallus uetus uel ſeptem annorum cum aqua coquitur, quæ ubi potui datur, mire ſanat.

DE GALLINA.

1 Ad punctionẽ oculorũ. Gallinæ ouũ notiſſimũ oĩbus eſt, habere uim ad omnium oculorum dolorem, cuius album oculis infuſum ſedat punctiones & dolores
2 Ad lachymas oculorum reſtringẽdas. Eſt & alia cura, nam gallinæ album mixtum cum thuris manna, ita ut in lanam colligas, & temporibus imponas, hoc fluentes lachrymas continet, & facit ſomnum, ſi exiguum oleum adijcias.
3 Ad tuſſim. Ouum ſorbile & combuſtum aſſumptum, tuſſientibus eſt optimum remedium.
4 Item ſorbile ouum adiecto ſulphure & uino cochleariũ unũ infantibus tuſſientibus prodeſt.
5 Ad ignem ſacrum. Ouo crudo linies corpus, & maxime ubi feruor eſt, & cum folio betæ loco applicabis feruenti.
6 Ad pruriginem. Gallinæ oua mixta cum oleo cedrino &

oleo cōmuni, & lentis polline multum prosunt.

7 Ad difficile parientem. Oua duo & trita, pusillum item aneto, cymino, & uino mixta si biberit, continuo pariet.

8 Ad torminosos. Ouū īfundas ī uas, ac putamē illud oui oleo plenū, simili modo adijcies corticē pin9 drag. dimidiā, & de rosa cyprina cū drag. 1. mellis obolos 5. in uino oīa cōmiscebis, & cū eodē uase pones sup cinerē calidū ut bñ ferueat, & cū cœperit feruere, statim illud cōtrahes, & dabis bibere paciēti, ubi torminibus laborare cœperit, mox & efficaciter sanat, inueteratū autē

9 Ad profluuiū mulieris. Gallinæ ouū totū (malum tarde. cōbures, & uino miscebis, & loco illinieris, proderit multum.

10 Ad tumorem & ignem sacrum. Ouorum duorum album & serussæ drag. 2. & myrrhæ drag. 1. teruntur simul, & corpori illiniuntur, & experimentum ostendunt.

11 Ad æphelides q ꝑpter solē nascunt. Oua macerata in aceto, ita ut putamine absumpto appareāt apta, et tātū albū eorū effluat q̄ntū adijciet, tātūdē pollinis farinæ & tātūdē de thuris granulis, deīde hæc oīa trita cū uino, melle postea cōprehēdant, īde liniet facies, si etiā myrmetia toti9 corpis fuerit, testimoniū suæ

12 Ad smigma totius corporis, Ouorū (opationis ꝑbebit. album smigma cum duobus sestarijs fabæ fressæ confractum, & in sole siccatum, muliebre præbet cosmitorium hæc oui subtilitas, nam & calce mixtum hoc album uitrea uasa solidat.

13 Ad mulierū dolorem in natura. Oua decocta cū lacte exiguo & croco, postea in lana muliebri loco inducta & imposita, mire dolorem sedant.

14 Item album oui cum passo & rosa commixtum, & in lana collectum ad idem facit.

15 Ad loca mulierum anicularū. Oua commixta cum semine appij, & polenta & aqua mulsa, & loco imposita mirū facit.

16 Itē ad oēm tussim. si tepefactum sumpseris ouum ieiunus.

17 Ad arsurā stomachi, & ad sitim sedandā. Ouū crudū si aliquantulum absorbeatur, mox arsurā stomachi & sitim cōpescit.

18 Ad eos qui sanguinem excreant. Idem dantur ouorum quicunq; uitelli crudi, & mixti uini ciathis tribus.

A liuo

20 Ad liuores & tumores uniuersos locorum omnium, Vitellum ex aqua coctum per se & impositum tollit liuores.
21 Ad eos qui cibum non continent. Duas horas antequam solito more, comede uitellum oui cum uini hemina,& etiam hemina olei decoctũ superaspersa polẽta comedes,& multũ proderit.
22 Ad profluuium mulieris. Oui putamen continet, si cum oleo myrtino tritum & locis mulierum in pessi modum suppositum fuerit.
23 Ad pustellas oculorum. Gallinæ adeps pustulas oculorum reprimit.
24 Ad coli dolorem. Pedes gallinæ à genibus excisos coctos si des ex sale & oleo, coli sedant dolores fortiter.
25 Ad perniones & scorpionum ictus. Stercus gallinæ impositum & illitum ualet.

DE ANSERE.

1 Adipem anserinum cum cepæ succo mixtum auriculæ cui aqua inest infundes.
2 Ad inguen remedium. Fel anserinum cum melle mixtum & pauca cera conteres, & eo locum linies.

DE COLVMBA.

1 Ad omnium serpentium morsus. Columba incisa uiua, & imposita calida optime facit.
2 Ad suffusionẽ oculorum. In oculos columbæ sanguis recens subinde infusus, optime facit. debebit ante operiri columbæ sanguis lamina. At sanguis columbæ cum melle decoctus & super oculos positus, ualde proficue medetur.
3 Ad sanguinem profluentem. Sanguis columbæ quem mẽbranula cerebri continet, sanguinem fluentem retinet.
4 Ad omnem corporis duritiem. Stercus columbæ habet uires, omnes durities discutit,& tumores omnes exsiccat, ideo admisceas ei oleum, in fomentis ad prædicta quoque faciens.

1 Tuſcellas & faucium dolorem. Pulli hyrundinum ſi fuerint combuſti & de cinere eorum fauces paciētis inunxeris, mox medelam recipient.

2 Ad omnia uulnera linguæ & labiorum. Hyrundines cum melle mulſo decocta, poſtmodum linguæ uel labijs appoſitæ, mire perſanant.

3 Ad ungula curanda. Si pulli hirundinum combuſti fuerint in olla noua uſq; ad cineres, hic cinis in ungula aſperſus mox recedere facit.

Finis libri Sexti Placiti Papirienſis, de animalium medicinis.

ANTONII MVSÆ AD MOECENATEM libellus.


Mne itaq; corpus hominum, pecudum, alitumq́;, quatuor qualitatibus cõstat, sed præcipue hominũ, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido enim continentur uiscera unde spiramus. Calore cõtinetur anima qua uiuimus, id est, qua uitam sentimus. Sicca sunt ossa quæ uires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis quo alitur uita. Per ossa & uiscera uenæ currũt quæ sanguinem regunt, sæpius animam. Anima uitam sustinet, spiritus autem aërem. Ossa uerius compacta uirtutem corpori præstant. Sanguis cum abundat ualetudinem uiciat, ex eo nascitur sanies, quod in uulneribus sectis uidemus, nascitur & pituita, quæ nauseam facit, nascitur etiam bilis acida & amara, quæ mater morborum dicitur. Bilis enim cum est, concitat dolores. Pituita perfrictione nascitur, quæ facit intestinorum dolorem. Oritur etiam inflatio, quæ corpus extendit ut rumpi uideatur. Sanguis autem à nimio cibo, nimiaq́; potione incipit abundare, cruditate corrumpitur, qui cum euagatur extra cursum naturæ, infert aliqua corpori uicia, & in quacunq; parte corruptus incubuerit, fatigat & lædit. Nam sanguis animum quoq; uiciat, & inde os hominis incendit, incipitq́; foetere. At quum est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus, ardorem sustinere, cum abundat, cumq́; calor animæ sanguinem concitauerit ardore & frigore, facit corporis languorem, animæ malum generat odorem. Quo facilius igitur commodis ualetudinis fruamur, & incommoda uitemus, prognostica, id est præcurrentia signa, signis naturalibus cognoscamus, cognitaq́; emendemus mortifera. Quatuor corporis partes originem ostendunt, à capite & thorace, à

